



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Praxis Meditationum S.P. Ignatii Loyolae**

**Diertins, Joseph**

**Solisbaci, 1708**

Med. 4. De Mysteriis post Cœnam & in Horto gestis. Myst. punct. 1.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60232](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-60232)

**PUNCTUM VI.** Quid. Nos. Mem. Apprehendamus iterum sensum Christi, ex illâ Judæ obstinatâ malitiâ.

INTEL. *Attritus est propter scelera nostra.* Isai. 53. REFL Examinemus peccata nostra contra proximum. Nam hæc causa fuerunt, cur tam indignus Christus à Juda passus sit.

VOL. Agnoscamus nos esse causam Christo tantæ tribulationis ; contritione conemur delere culpam : ut deinceps possimus Deo dicere: *sicut redidi retribuentibus mihi mala.* Ps. 7.

COLLOQ. Conforme tertio gradui humilitatis, quatenus pertinet ad injurias & ludibria à proximis perferenda. RECOLLECTIO,

## MEDITATIO IV.

*De mysteriis post cœnam & in horto gestis.*

Matth. 26, & Marc. 14.

*Myst. punct. I.*

**C**ONG. Manè experrecti &c. ut explicatum Gest.

PRÆL. I. Post cœnam Christus vadit ad montem Oliveti, octo Discipulis manentibus in Gethsemani.

PRÆL. II. Imaginari sibi montem Oliveti, & villam Gethsemani.

PRÆL.

PRÆL. III. Postulare ardente[m] charitatem erga Deum, & propter Deum erga proximum.

PUNCTUM I. PERSONÆ. MEM. Videre Christum cum Discipulis euntē ad montem Oliveti.

INTEL. Consideremus Discipulos plenos metu & tristitia. Christum verò Regem, plenum charitate erga Patrem suum & nos, tendentem ad locum prælia. REFL. Hæc charitas est *armatura* Dei quâ debemus nos ipsos etiam armare, ut non timeamus sicut Discipuli. *Nam timor non est in charitate.* I. Joan. 4. *& perfecta charitas foras mittit timorem.* ibid.

VOL. Humillimè petamus à Deo fructum pri-mum Spiritus Sancti, qui est *charitas*, & donum *fortitudinis*, ut ex amore Dei, & proximi fortiter eamus ad prælia, *adversus insidias Diaboli*. Eph. 6.

PUNCTUM II. VERBA. MEM. Christus dixit: *se-dete hic, donec vadam illuc & orem.* Matth. 26.

INTEL. Jam Principes & Pharisæi mala de Christo loquebantur: Christus autem dicit: *detra-hebant mihi, ego autem orabam.* Ps. 108. REFL. Nos in talibus casibus malè ad alia solatia confu-gimus.

VOL. Deinceps verò fugiamus ad Deum in Ora-tione, *quia tu es Deus fortitudo mea.* Ps. 42.

PUNCTUM III. OPERA MEM. Dixit Christus: *sede-te hic donec vadam illuc, & orem.* Matth. 26.

INTEL. Notemus quid hic agat Christus: Tam-  
quam

quam optimus Dux suis commodiorem stationem dat, & jubet sedere, dum ipse cum paucis pergit ad laboriosam orationem. REFL. Nos ver magis laboriosa ad alios rejicimus.

VOL. Fateamur nobis deesse charitatem, qua non querit, quæ sua sunt. 1. Cor. 10. petamus illam.

**P**UNCTUM IV. QUID PATIATUR. MEM. Recognoscemus, quod cum undecim tantum iverit absente proditore.

INTEL. Perpendamus quantus sensus fuerit in Christo ita deseriri à Juda cui tot beneficia & amoris signa præstiterat. REFL. Nos quoque peccando post beneficia tot, deserimus Deum.

VOL. Pudeat nos, & excitemus perfectam contritionem, & Christo compatiamur ex corde.

**P**UNCTUM V. QUID DIVINITAS. MEM. Jam Judas cum Pharisæis agebat de modo Christum compiendi.

INTEL. Hæc omnia videbat divinitas; sed quod ab æterno statuerat, volebat opus redemptionis nostræ, re ipsa peragi. REFL. Nos hæremus in primâ hominum classe, qui statuunt, & non faciunt.

VOL. Statuamus nos in tertia classe, & renovemus proposita ibi facta.

**P**UNCTUM VI. QUID NOS. MEM. Pergit igitur Judas in negotio proditionis.

INTEL. Causa, cur Deus hoc permittat, est, ut daret redemtionem semetipsum pro omnibus. 1. Tim. 2.

REFL.

REFL. Consideremus, quæ nostræ sint partes,  
quando hæc cognoscimus.

VOL. Optemus nos quoque agere, & pati Chri-  
sticauſā, qui ita dilexit nos.

COLLOQ. Conforme meditationi de tribus ho-  
minum classibus.

RECOLLECTIO. REPETITIO. APPLICATIO SENSUUM.

## MEDITATIO V.

*Demysteriis post cœnam & in hortogestis.*

Matth. 26. & Marc. 14.

*Myst. punct. 2.*

CONG. Dum surgimus, ad Christo compatien-  
tum, nos incitare, sicut supra dictum est.

PRÆL. I. Christus ductis secum tribus Discipu-  
lis, in agoniâ prolixius orat, ter idem dicens.

PRÆL. II. Aspicere locum orationis.

PRÆL. III. Petere gratiam, ipsius exemplo, be-  
nè orandi, & patiendi.

PUNCTUM I. PERSONÆ. MEM. Aspicere Christum  
in terram prostratum ad orandum. Procidit  
in faciem suam orans. Matth. 26.

INTEL. Docemur hic reverenter orare. REFL.  
Paret, quid nos deceat peccatores, dum oramus.

VOL. Nos quoque prostrati ducamus cum Abra-  
ham. Gen. 18. *Loquar ad Dominum meum, cum  
sim pulvis & cinis.*

PUN-